



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 76. Novem Cardinales ab Innocentio X. inaugurati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

promittunt, nunquam opere explere Sæc. XVII.
 intendant, hinc etsi diserte promiss- A. C. 1645.
 sent, quod publica jejunia indicendi fa-
 cultatem Provinciis adimere velint, ipsi
 tamen Synodis Provincialibus præce-
 perunt, ut solemne jejunium ad quar-
 tam Maij in qualibet Diæcesi indicerent.
 Egerunt etiam de libris Milleterii, in
 quem etiam anathema vibrarunt; de
 eo autem jam supra mentionem inges-
 simus. Demum postquam hæc Syno-
 dus plurium Præconum lites compo-
 nere, illorum causas dijudicare, &
 illos, qui calamum contra Ecclesiam
 Catholicam acuebant, encomiis & præ-
 miis animare certaverat, ob Simoniam,
 aliaque horrenda crimina tres Prædi-
 cantes suis officiis exuit, duos autem,
 eo quod ad fidem veram reversi essent,
 tanquam Apostatas a sua societate ex-
 cludit, sui que Conciliabuli Sessionibus
 die vigesima sexta Januarii finem im-
 posuit.

§. LXXVI.

*Novem Cardinales ab Innocentio X.
inaugurati.*

Die sexto Mensis Martii hoc anno In- Ciacon. in
 nocentius X. octo Præsules Sacra vita Inno-
 Purpura honorabat, & quidem Pres- cent. X.
 byteri Cardinales creabantur. I. Do-
 mini-

Sæc. XVII. A. C. 1645. minicus Cecchinus tit. S. Sixti. II. Nicolaus Albergatus ex Bononiensi Archiepiscopo tit. S. Augustini III. Tiberius Cincicius titulo sancti Calixti. IV. Petrus Aloysius Carafa primo Tricaricensis Episcopus, postea Cardinalis tit. SS. Sylvestri & Martini in Montibus. V. Horatius Justinianus Nucerinæ Ecclesiæ Episcopus & Cardinalis tit. S. Onuphrii. VI. Alderanus Cybo tit. S. Praxedis. VII. Fridericus Sfortia Diaconus Cardinalis tit. SS. Viti & Modesti. VIII. Benedictus Odescalcus item Diaconus Cardinalis tit. S. Adriani. Die autem quarta Decembris idem Pontifex nonum, quem in Pectoris sui scrinio retinuerat, promulgabat Franciscum Mariam Farnesium, Diaconum Cardinalem, qui cum Romam non accessisset, nullius Ecclesiæ titulum accepit.

§. LXXVII.

Francisci Rupefocaldii Cardinalis obitus.

Heliot. Ord. Monast. t. 2. *Et 5.* *Calmet Hist. de Borr. t. 3.* *Sammarth.* *GalliaChrist.* His locum cessere quatuor Purpurati hoc anno defuncti, quos inter primus erat Franciscus Rupefocaldius natione Gallus, qui Philosophicis, Theologicisque scientiis apprime excultus, juvenis admodum Clericorum Ordini adscri-